



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

I. Aprilis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Hugo Abbas, nihil minori erga Deiparam, quam Filius in Matrem solet, affectu rapiēbatur; adhuc Novitius in tentationibus occurrentibus sub præsidium B. Virginis confugiebat, eo successu, ut Mater Sanctissima ei unà cū Filio apparere dignata dixerit: Viriliter age, & confortetur cor tuum in Domino, & certus esto, te deinceps talibus tentationibus cariturum *Nad.* O beata securitas, sed post prælium.

S. Hugo repete preces tuas, & quia tu periculis exemptus securus in cælo triumphas, eas mihi applica, ut per tuam apud Virgīnem intercessionem, virilem in tentationibus animum impetrem, quo confortetur cor meum, ne ultimis, qui gravissimi sunt, inferni hostis insultibus cedat. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego N. indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quam animæ viribus centies milles, &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: dierum, quibus Christus in Deiparæ utero quievit, numerum completurus 35. Ave Maria absolvam.

Si singas B. V. aliquid postulare, totamque celestem curiam illi resistere; potentior esset, majorisque efficacix & valoris apud Deum Virginis, quam reliquorum omnium oratio. *Suar. to. 2. in 3. d. 23. f. 2.*

Quæstio: Cur Angelus in salutatione Mariæ nomen subticuerit? *v. Sylv. in Ev. q. 28.*